GRATIARVM ACTIO

ILLVSTRISIMÆ ET POTENTIS

simæ Principi. D.o. Elizabetæ Ang. Franc. et Hyberniæ Reginæ, propter liberatam ciuili seditione Scotiam, et redactam munitissimam Edinburgi arcem sub fidem Regis.

SCotia ciuili iamdudum afflicta furore
vulneribusque cadens mox ruitura suis
Acceptam tibi fert soli, heroina, salutem.
Nec memori æternum mente perire sinet.
Sed quanam ex animis delere obliua possent
Tot maiestatis munera grata tuæ?
Nam modo quòd Christi doctrinæ cessegit error,
Quòd pura colimus religione deum,
Quòd crudele iugum, Papæque excussa tyrannis
Vindicia sunt ô Regia nympha tuæ.
Quid? quod libertas etiam sub Gallica sceptra
Venerat, heu nexus Ius subitura diu.
Ni virtute tua Galli tentata tyrannis
Retro ad velificas ire coacta rates.
At nunc externus regni, quam deforet hostis
In sua funesto viscera marte furit.
Tu prohibes regina nefas, solitoque fauore
Compositis pacem rebus ade Te Iubes.
Sola fuit arx firma Ethi confisa cauernis,
Non homines flocci, non facit illa deos.
At quis non legit. Cyclopes montibus auctis
Cum Ioue. sed frustra bellige raſſe suo?
Arx Inuicta quidem, sed quantæ conscia cædis?
Quot scelerum horrenda seditione parens?
Pace frui oblata poterat. Sed noluit illi
Esse locum flagrans vindicis ira dei.
Sint igitur Domino grates qui perdita Sternens
Agmina, Iustitiæ signa tremenda dedit.
Tum Reginæ tibi cuius mentemq; animumq;
Tam sacra cælestis mouit ad arma parens.
Nec sibi postremas laudes Duglasia virtus
Occupat, ô quanto carmine digna coli?
Ille caput, vitamque suam carosque clientes
Pro patriæ et regis vouit amore sui.
Principis et teneri prudens sic sceptra tuetur
Astræam vt credas nunc rediisse polo
Quid quod in æternum viuet concordia felix
Auspiciisq; tuis, auspiciisq; suis.
Nec posthac sæuo concurrent marte Britanni,
firmaque per Christum fœdera pacis erunt,
Nosque tuum nomen Regina fidemq; colemus,
Diuaque eris Scotis Elizabeta diu.

FINIS.

Tuæ Maiestatis obseruantis.
Pat. Adamsonus.